

Christian Schlee Joachim Rachel

**Disputatio Anniversaria Ac Theologica, Complectens, Controversias XXIV. De Persona Et Officio Christi Theanthrpu, Photinianorum Dogmatibus Opposita, Et In Schola Theologica Academiae Rostochiensis, Publice XIII. die April. in Auditorio Maiori proposita, Praeside Christiano Sledano, S S. Th. D. & Profeß. Respondente M. Joachimo Rachelio Gustroviensi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737674067>

Druck Freier  Zugang



Vat.: f. Rachelin

Chr. Stedanus / a.

R. U. theol. 1614.



DISPUTATIO ANNIVERSARIA  
AC THEOLOGICA,  
COMPLECTENS,  
CONTROVERSIAS XXIV.

27.

DE  
**PERSONA**  
**ET OFFICIO**  
**CHRISTI**

ΘΕΑΝΟΡΠΩΝΟΙ,

PHOTINIANORUM DOGMATIBUS  
OPPOSITA,

ET

IN SCHOLA THEOLOGICA  
Academæ Rostochiensis,

Publicè

XIIII. die April. in Auditorio majorè  
proposita,

PRAESIDE

**CHRISTIANO SLEDANO,**

S. S. Th. D. & Profess.

RESPONDENTE

M. JOACHIMO RACHELIQ  
Gustrovienſi.

ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Anno 1614.



V I R O

Nobilitate generis, splendore virtutis, & laude  
eruditionis prstantiss.

Dn. JOACHIMO AB OLDENBORG,  
de provinciâ Megapolensi benè merito & adhuc merenti,  
Illustriss. Principi fœminæ in aulâ Grabovieni Consiliario dignissimo,  
& Cœnobij Dobbertineasis Capitaneo fidelissimo, fautori  
ac patrono suo plurimū suspicioendo;

U T E T

Amplissimis, Consultissimis ac prudentissimis Viris,

Dnn. CONSULIBUS ET SENATORIBUS  
inclusæ Reipub. Gustroviensis, omnibus & singulis,  
Patribus patriæ meritissimis, Mæcenatibus ac promo-  
toribus suis καὶ αἰχμα colendis.

S. P.

**J**usto quamvis tardius gratitudinem, quam tibi, Vir Nobiliss.  
vel maximè propter studiorū meorum nunquam satis laudandam promotio-  
nē mihi in informando tue Nobil. pupillo Dn. HENRICO LEYETZO-  
VIO juniori Nobili Megapolitano bucūq; exhibitat; Nobis verò Viri Ampliss.  
Oprudentiss. partim propter gratum, quod mihi ab ineunte aetate Gustro-  
vium, cuius vos estis patres ac rectores; præbui educationis hospitium: partim  
propter innumera parentis meo piè denato, alijsq; mihi devincit. exhibita be-  
neficia merito debeo, declarandam suscipio: tamen nullus dubito, quin V. Nob.  
O Ampliss. meam gratiam tardam, cum non fuerit voluntaria aut negligen-  
tiā aliquā: pratermissa, sed occasione tantum, quā commodè potuit habe-  
ri, kætenuit destituta, & quo animo sint accepture. Agite igitur, Viri Nob.  
O Ampliss. hancq; meam qualem cung. gratitudinis tesseram ita accipite, ut majo-  
ritas studiorum meorum promotioni adjumento fuisse videatur. Favete, diuq; va-  
giss. Dakantus Roff. 6. April. Anno 1614.

M. Joachimus Rachelius  
Gustrov. Meg.



Ert animus in CHRISTI Iesu Salvato-  
ris nostri gloriam, nostramq; institutio-  
nem salutarem, execrando Neophotinia-  
norum errores, quos de Domino & Salva-  
tore nostro Iesu Christo publicis scriptis  
per Transylvaniam, Poloniam, Lithva-  
niā, Borussiam & finitimas regiones successū devote  
hactenus disseminarunt, non tam operosè refellere, quām  
nudē in thesi & antithesi proponere, ut paucis egiss<sup>e</sup>  
multa, fideiq; nostræ veritatem contra mendacium, non  
de adversarijs victoriam quæsivisse videamur; siquidem  
blasphema iistorum hominum Βελύματος doctissimè exi-  
stimus à junioribus præsertim & æneis ignori.

Nemo itaq; animo iniquo, quæ dicentur, ferat, quo-  
niam non sumus autores malorum, quæ audientur, neq;  
causas præbuimus dicendorum. In multis enim libris eo-  
rum mysteria impia feruntur: siquidem ipse precarer &  
optarem, ut silentio & tenebris hujusmodi impietatis my-  
steria contegerentur. Nunc verò non ut vos malorum di-  
scipulos facerem, sed potius ut à gravibus malis libera-  
rem, ad has me rationes contuli, summo studio eos fu-  
giens & omnibus quām possim maximâ voce dicens:  
Fugite vos, fugite a præruptis & barathris, longè fugite.  
Libros omni hæresi impiarum doctrinarum plenos fugi-  
te: ut hæc & alia nobis de suis largiatur verba Leontius  
Episcopus Ægyptiorum, qui Theodoreti blasphemias  
à se recitas eodem ivit excusatum modo.

Ut autem recto cursu feramur, liber ad duo generalia  
capita præcipuas, quas hoc potissimum tempore Photi-  
niani in articulo hoc de CHRISTO movent controversias,  
**revocare 1. De PERSONA 2. De OFFICIO Christi Γεωργίῳ.**

A. 2

Quæ-

QUESTIONES CONTROVERSÆ  
DE  
PERSONA CHRISTI *Ιεραθέωπος.*  
I.

Quest. Num Christus sit autor, fons & scaturigo nostræ salutis? an verò Deus Pater sit primus & principalis autor eorum omnium, quæ Christus ob nostram salutem olim præstítit, ita ut ipse (Christus) sit solum instrumentalis & secunda causa conferendæ salutis?

Heterod. SOCINI part. I. de Servat. c. 6. DEUS, inquit, est causa fons; & origo salutis nostræ, hoc est, servat nos efficientia; Christus verò servat nos, ut minister & instrumentum. DEI.

Orthodox. NOSTRÆ Ecclesia credunt ac confitentur CHRISTUM JESUM tam ratione persona, quæ est Ιεραθέωπος, quam ratione sui Officij quæ Mediator, esse salutis nostræ a. & w., principium & finem, Apoc. 1. v. 8. & 21. v. 6. & 22. v. 13. vite autorem Actor. 3. v. 5. fundamentum salutis unicum i. Corinth. 3. v. 11. nec in alio aliquo esse salutem. Actor. 4. v. 12. qui solus aut fontem aquarum salientium in vitam aeternam. Job. 4. v. 14. &c.

II.

Quest. Num Spiritus Sanctus fuerit conceptionis CHRISTI causa instrumentalis? an principalis?

Heterod. SOCINI in refut. arg. Bell. & Wiek. c. 10. p. 496. Quod, inquit, Christus ex Sp. Sancto fuerit conceptus, hoc non ostendit Sp. Sanctum; ejus conceptionis fuisse autorem, sed causam tantum instrumentalē.

Orthodox. NOS causam conceptionis CHRISTI superiorem preter solius Sp. Sancti obumbrationem nescimus, persuasi veritate historie de Incarnatione Filij altissimi Luc. 1. v. 3. Matth. 1. v. 20. & 22. Non tamen sic de Spiritu Sancto, sicut de sanctâ virginē natus.

natus est Filius D E I. De hac siquidem natus est sicut de matre,  
non de illo sicut de patre, ne duo Patres dicerentur in sanctâ Tri-  
nitate, ut graviter annotat Augustinus de inquisit. Trinit. c. 100.

### III.

An Christus alicubi in sacris appelleatur semen ac filius Adami? Quæst.

S M A L Z I U S de divinit. Christi cap. 2. pag. 4. neg. ut Heterod.  
Christum uspiam nuncupari Adami, sed p̄ assim Abrahā & Davidis filium;  
adeoq; Abrahāmo primitus in V. T. fuisse Messiam mundi promissum.

O R T H O D O X I hic jubent inspicere Genealogiam C H R I- Orthod.  
S T I, quam Lucas Evangeligraphus cap. 3. pertexit, à Josepho  
nempè, qui putabatur pater C H R I S T I, ad Adamum esse;  
ut ostenderet fidem de Messia benedicente gentes omnes non esse  
recens Sanctorum quorundam in Ecclesiâ commentum, sed hanc  
doctrinam jam inde à primis mundi exordijs statim post lapsum  
fuisse cognitam, illumq; populum ab initio conditi orbis fuisse ve-  
ram Ecclesiam, in quo fuerit promissio de hoc semine conservata  
atq; ad posteritatem omnem propagata.

### IV.

Utrum duæ Diversissimæ sint in Christo naturæ; divina  
& Humana?

Seu:

Num C H R I S T U S Salvator mundi, sit duntaxat  
nudus quidam Homo? an verò ut verus Homo, ita &  
verus unus ille. & æternus Deus ab æterno à patre  
genitus?

Socrates lib. 2. hist. Eccles. cap. 18: annotat ipsummet P H O T I- Heterod.  
N U M blasphemē docuisse, C H R I S T U M esse nudum hominem. Eandemq;  
blasphemiam suam sibi faciunt recentiores Photiniā ad unum omnes. Nam  
F A U S T U S S O C I N U S in respons. altera ad Andr. Volanum  
p. 264. diserte fatetur se sententia Pauli Samosateni & Photini de Filii Dei  
existentia adhærere. Et O S T E R O D. in præfat. Institut. pag. 13.

A. 3.

Photini,

Photini, inquit, *de doctrina, quoad Christum, planè est eadem, quæ hodie nostra.*  
Arburamur itaq; inquit idem ibid. cap. 6. §. 7. quod essentia Filij Dei nihil  
fuerit aliud, quam hominis essentia h. e. verus homo, nec aliam ullam scimus  
in eo naturam & essentiam.

CATECHISMUS RACKO VIENSIS per meram Sophisti-  
cam, Christum esse ψιλὸν ἀνθρώπον, afferit; Hanc enim Sophisticam de-  
tegit OSTERODVS in Institut. cap. 19. §. 16. inquens: Phrasis (nu-  
dus Homo) geminum habet sensum, videlicet & essentiæ ratione, & qualitatum  
ratione. Essentiæ ratione non potest Christi essentia esse alia quam humana;  
Qualitatum vero ac prerogativarum quarundam, quibus Christus præ reliquis  
hominibus omnibus, etiam sanctissimi, excelluit, ratione, Christus est aliquid  
amplius quam nudus homo.

Orthod. NOSTRA contrà hac est fides recta & Catholica, ut  
juxta tenorem Symboli Athanasiani, credamus & confiteamur,  
quod Dominus noster JESUS CHRISTUS, DEI filius,  
DEUS & Homo est. DEUS ex substantiâ patris ante secula ge-  
nitus, & Homo ex substantia matris in seculo natus. Perfectus  
DEUS, perfectus Homo, ex animâ rationali & humana carre,  
subsistens.

Etenim si in Christo non alia esset afferenda natura, quam  
solum humana; inepta omnino esset Apostoli Rom. 9. v. s. oratio,  
cum CHRISTUM ait esse ex Patribus τὸν οὐκ οἶμα, quan-  
tum quidem attinet ad carnem humanam naturam. Quin,  
necessariò inde conficitur, in Christo aliam esse præter & ultra  
illam humanam naturam, secundum quam non sit ex Patribus  
Quæ vero alia? Non Angelica; Non enim angelos assumpsit  
Eb. 2. Ergo Divina, quæ Patrum juxta & Angelorum naturam  
longissime superat, secundū quā idem ibidem Christum fatetur ve-  
rum DEUM & quidem illum ipsum, qui solus est super omnia  
laudandus & benedictus in secula. Verum Divinitatem  
Christi indubitato afferentia argumenta alibi fuerunt à nobis  
proposita, quæ & passim sunt in aliorum Theologorum commenta-  
rijs & libellis catecheticis obvia.

V. Num

## V.

Num classica ista Scripturarum testimonia,

*Job. 1. v. 14. ὁ λέγως εἶναι ἐρεβ, Verbum caro factum est.* Quæst.

*Colos. 2. vers. 9. Tota plenitudo Deitatis habitat in*

*Christo corporaliter.*

*Ebr. 2. vers. 16. Christus assumpsit semen Abrabæ.*

sunt necessariò intelligenda de *INCARNATIONE FILII*

*DEI?* & consequenter *DE VERITATE ac PERSONALI*

*UNIONE* duarum naturarum, *Divinæ & Humanæ*

*in Christo?*

PHOTINI ANI simpliciter negant.

Heterod.

IN PRIORI quidem testimonio verbum, εἶναι, interpretantur non Factum seu natum est; sed, Fuit, seu, Existit; quo sensu idem verbum usurpari opinantur, Gal. 3. v. 13. cùm Christus dicitur γενόμενος factus maledictum. Similiter & nomen, οὐρανοῖς, accipiunt pro re humili & abjecta, prout hæc vox accipitur i. Pet. 1. v. 24. Hunc itaq; esse verborum sensum communisuntur. Hic Homo, CHRISTUS, etiamsi fuerit ille ipse, per quem omnia sunt in Ecclesiastice ritè facta & disposita, habueritq; potestatem faciendi filios Dei: nihil tamen minus fieri voluit & revera fuit Caro, id est, abjectus, spretus, humili. Quomodo etiam Apostolus de CHRISTO, Qui, inquit, cū esset dives, factus est pro nobis pauper. z. Cor. 8. Confer SOCIN. ia refut. arg. Bell. & Wiek. c. 5. p. 328. CATECHIS. RACKOVIENS. major. p. 108, 109. Francisc. Davidis in coll. Trasylvan. act. diei. 9. lit. 8.

IN ALTERO testimonio per CHRISTUM intelligunt non personam, sed doctrinam seu Evangelion Christi; Totam plenitudinem deitatis explicant de plenaria & perfecta Dei voluntate erga lapsum & reparandum genus humanum; Ac Verbum Corporaliter interpretantur per id, quod est, vere, re ipsa, non figurata, non per umbram. Hunc itaq; sensum esse Apostoli verbis dicitant: In Christo, id est, in doctrina Evangelij de Christo, corporaliter, id est, non ratione umbratili, ut in Veteri Testamento, sed solide & sine typis fuit manifestata tota plenitudo Deitatis, hoc est, universa Reipatriæ voluntas de redimento genere humano. Confer SOCIN. part. I. de Servat. cap. 2. OSTEROD. contr. Tradel. part. 2. c. II. pag. 195. CATECHIS. M. Rack. major. c. I. p. 131.

L.N. PQ

IN POSTERIORI testimonio per Semen Abrahæ intelligunt omnes credentes in Christum; uti vox isthac accipitur Gal. 3. v. 19. ac proinde in cap. 2. ad Ebr. agi dictitant de seminis seu posteritatis Abrahani receptione in gratiam. Vide CATECHISM. Rackov. major. p. II4. II5. F R A N C I S C. David. in colloq. Transylvan.

Orthod.

NOBIS cùm alia suppetunt Scriptura testimonia à zionice, ex quibus Unio hypostatica duarum naturarum in Christo, divina & humana, negotio nullo possit partim directè, partim indirectè demonstrari Actor. 20. v. 28. Roman. 8. v. 3. Galat. 4. v. 4. 1. Joh. 4. v. 2. 3. tūm vel maximè verissima Incarnationis Filij Dei definitio ex tribus istis citatis Scripturae testimonijs evidenter ostenditur. Consulat, qui volet, interpretes sacros. Photinianorum glossematibus & negotio paor, obvertimus istud I R E N Æ lib. 1. cap. 35. pronunciatum: Adversus hæreticos victoria est, sententiæ eorum manifestatio.

## VI. & VII.

Quæst.

Num Christus in statu suæ humiliationis habuerit naturam immortalem, hoc est, potuerit non mori, si mori non voluisse?

E T

Num in statu gloriæ post resurrectionem suam retinuerit & adhuc habeat naturam ac conditionem mortali-tatis & corruptibilitatis?

Heterod.

Prius negat, affirmat posteriorius SOCINUS in refut. contra Bell. & Wick. p. 242. cùm ait: Christus, quamdiu fuit in his terris, etiam post resurrectionem, immortalitatem non induit.

Orthod.

ORTHOXI contrà affirmant prius, negant posteriorius. PRIUS inquam affirmant, id est ex duplice causa: Una petitur ex sanctitate ac puritate naturæ assumpta, que ut est pecati expers, ita necessitatibus mortis minimè subjici poterat. Rom 6. v. 23. Altera pendet ex hypostaticâ carnis cum Iesu, qui est ipsissima vita, unione, Actor. 13. v. 33. Quod autem nihilominus hic

bis ipse, qui carnem habuit & animamq[ue] & vivificam, aliquid  
quando fuerit mortuus, id semel est mortuus, & quidem peccato,  
non suo aliquo, quod nullum habuit, sed alieno, nostro scilicet, pro  
cujus expiatione mortem oppedit volens, non invitus, non coa-  
etus. Joh. 10. v. 18.

POSTERIUS verò negant: quemadmodum negati-  
vam hanc inculcat Aphorismus Apostoli Rom. 6. v. 9. Christus ex-  
citatus à mortuis non amplius moritur. Mors illi non amplius  
(postquam scilicet jam est excitatus) dominatur.

### IIX.

An profundissima illa Christi obedientia & exinanitio  
spontanea, verè sit causa & pretium insecuræ  
exaltationis?

Seu

An CHRISTUS obediendo & patiendo fuerit revera  
quidquam SIBI promeritus?

SOCINUS part. 4. de Servat. cap. 6. Christus, inquit, sua obe-  
dientia in celo sibi sempiternam vitam sempiternamq[ue] beatitudinem peperit.  
Et OSTERODVS institut. cap. 13. Potissima pars eorum, quæ filio  
sunt data, fuit obedientie istius, quam patri usq[ue] ad mortem praeficit præmium.

NOS negantium partibus astipulamur. Cui enim nihil  
potest accedere, buic ne meriti quidem est confingenda accessio.  
Meritum namq[ue] dicitur esse actio, quâ sit ut ei, qui agit, seu pati-  
tur, sit justum aliquid dari. CHRISTO Iesu Christo nihil po-  
tuit accedere: quippe qui ut habet omnia, quâ DEUS, ita  
ex Unione, non autem ex merito (servato dispensationis ordine)  
admensus est omnia carni. Sed negativam hanc fusius in disput.  
de Statu Exinanitionis pertractavimus.

### IIX. X. & XI.

Num CHRISTUS sit invocandus, & adorandus eadem  
illâ religiosâ adoratione, quâ verus æternus DEUS  
Israelis colitur?

B

Hac

Quæst.

Hec controversia ut rectius intelligatur, libet eam in tres suas  
specialiores resolvere; utpote,

I. Num Invocare & Adorare in sacris, quando de  
DEO prædicantur, sint Synonyma?

II. An CHRISTUS sit non modò adoran-  
dus? sed & invocandus?

III. An una eademq; sit Adorationis species,  
quà colitur DEUS, & quà CHRISTUS?

Heterod.

PHOTINI ANI negatè ad singulas quæstiones respondent.

Quod ad PRIOREM; SOCINUS in refutat. Thes. Fr. David. cap. 24. pag. 226. Non, inquit, est idem Adorare & Invocare. Invocatis, qui in necessitate constitutus confidenter alienam opem & benignitatem implorat. Adorat verò qui corpus & animum reverenter alicui inclinat. & coram eo venerabundus procumbit, etiam si nihil ab eo petat.

Quod AD ALTERAM; SOCINVS ibid pag. 21. De CHRISTI, ait, invocatione nullum extat mandatum. Adorandum verò Christum non insiccamur. SOCINVS contra Andr. Velan. resp. altera pag. 193. OSTEROD. instit. cap. 19. §. 17. CATECHISM. Rackoviens. p. 177.

Quod ad POSTERIOREM; Conf. SOCINVS in refut. arg. Bell. p. 444. Pater, inquit, ut autor honorum; Christus verò adoratur, ut causa instrumentalis. Et pag. 450. DEUS potius in Christo est adorandus, quam ipse Christus.

Orthod.

NOSCUM ORTHODOXIS ad quæsita respondemus affirmatè.

I. Verbum utrumq;, τον οὐρανὸν & ἐπαγλέοντα, Adorare & Invocare, etiam si sit διάνυμος, & quodlibet suus habeat distinctas & varias significaciones; cum tamen ad religiosum DEI cultum utraq. vox transfertur, tunc fides seu firma & indubitata animi fiducia, qua nisi in sole DEO præpente est collocanda, necessario requiritur tam in τον οὐρανόν seu Adorationis actu, Joh. 4. v. 23. Actior. 8. v. 27. 1. Corinth. 14. v. 25. Apot. 14. v. 7. quam in actu Invocationis. Rom. 10. v. 14.

II. CHRISTUM esse adorandum est extra controversiam. Luc. 24. v. 52. Ebr. 1. v. 6. Sed & eundem Invocandum credimus

MUE

mus ac confitemur. Qui enim non invocandus esset Christus, in quem omnino est credendum? Joh. 3. v. 6. & 14. v. 31. Is enim recte etiam invocatur, in quem piè creditur Roman. 10. v. 14. Non itaq. Christum invocare dubitavit Stephanus Acto. 7. v. 59. Ananias Acto. 9. v. 14. Apostolus 2. Corinth. 12. v. 8.

III. Ex quo conficitur unam eandemq. Adorationem competere DEO & Patri & CHRISTO. Ut enim taceam nusquam in Scripturis fieri mentionem duplicis adorationis religiosa; vult Christus eodem se honorari modo, quo Pater Job. 5. v. 25. vult & una & eadem fide in se credi, quā in Patrem Job. 14. v. 1

### XII.

Num cultus Adorationis competit Christo homini,  
quā homo est?

Quæst.

SOCINVS in refutat. arg. Bellarm. & Wiek. arg. 4. class. I. Heterod.  
cap. 3. pag. 80. Certum, ait, est Christo homini, ut homini, hoc est, sine ullâ  
consideratione, quod in se habet essentialiter aliquam divinam naturam, ado-  
rationem ab ipsis angelis deberi, postquam à DEO propter suipius demissio-  
nem & obedientiam usq; ad mortem crucis nomen super omne nomen est  
adeptus.

N O S confitemur & docemus Adorationis quidem cultum Orthod.  
verè Christo homini, sed non citra respectum divinitatis, qua in  
Christo homine & augustinus ac personaliter habitat, Coloss. 2. com-  
petere. Etenim Adoratio religiosa ratione ejus, qui colitur, est  
gloria & maiestas soli ac univero DEO propria Matth. 4. v. 10.  
Quemadmodum igitur Christus adoratur per naturam, qua  
DE U S benedictus in secula Roman. 9. sic idem adoratur per  
unionis hypostatic & gratiam, quā homo Philip. 2. Verū de  
Adoratione carnis Christi prolixus differuimus in libello nostro  
de D E O & C H R I S T O.

### XIII.

Num fideles religiosè adoraverint Christum, etiam ante  
ipsius resurrectionem & Exaltationem?

Quæst.

B 2

OCIN

SOCINVS in disputat de Filij Dei unigeniti existent contr.  
Erasm. Johann. pag. 76. Adoratio, inquit, non fuit debita Christo nisi  
post mortem crucis tanquam premium summa obedientie, quam Deo praefitit.

NOS istam blasphemiam confutamus exemplis leprosi Matt. 8  
v. s. Centurionis, Matth. 8. v. s. Patris lunatici Marc. 9. v. 24.  
Apostolorum Luc. 17. v. s. Job. 5. v. 68. aliorumve fidelium, qui  
ex fide Christum in statu sua exinanitionis, prius quam fuit a mor-  
tuis ad gloriam excitatus, adorarunt.

## QUESTIONES CONTROVERSÆ

DE

## OFFICIO CHRISTI οεαθρώσ.

### I. & II.

Quæst. An Mosi æquè ut Christo propriè competat nomen  
& officium MEDIATORIS? an verò solus & unus  
Mediator inter DEUM & homines sit solus &  
unus CHRISTUS?

Hujus questionis vera & solida decisio dependet ex cognitione  
vocis Mediatoris,  
Quid sc. propriè significet in sacris vocabulū Mediatoris?  
Num videlicet proprium hoc sit Mediatoris munus, ut  
pacificatorem ac reconciliatorem agat inter partes dissi-  
dentes, DEUM & Homines? an verò in eo solum con-  
sistat ejus officium, ut sit quidem fidus internuncius, qui  
nobis mortalibus retegat & interpretetur DEI,  
foedus nobiscum fancientis, voluntatem?

Heterod. Posterioris questionis resolutio est decisio prioris. Sic itaq; SOCINVS  
part. I. de Sevat. cap. 7. Decipiuntur, inquit, omnes qui persuasum ha-  
bent, Mediatorem non dici nisi qui duos inter se invicem dissidentes componat &  
alterum alteri conciliat. Significat verò nomen Mediatoris in sacris literis nihil  
aliud, quam eum, qui medius quidem est inter DEUM & Homines; non  
tamen, qui DEUM iratum hominibus placet; sed quo DEUS ut inter-  
nuncio

nuncio & interprete ad fædera sua pangenda & fanienda utatur, & per quem illi ad ipsum ejus voluntatis cognitione instructi possint accedere. Item: Mediatores appellatio nihil habet commune cum divina gratia placatione, ac proinde Christus dicitur esse Mediator DEI & hominum, non quia DEU M hominibus placaverit, sed quia novum & aeternum fœdus cum humano genere ipse DEI nomine sanguinerit & omnem DEI voluntatem, unde ad ipsum DEVM est accessus, hominibus paterfecerit. Idem Ibid. Epitheta illa Novi & præstantioris (quorum meminit Epistola ad Hebreos cap. 8. v. 6. Ioh. 9. v. 15.) ostendunt, non solum aliud fœdus, quod antiquum appellari possit & deteriorius sit, antecessisse: sed illius non minus quam hujus aliquem Mediatorem existisse. Is autem fuit Moses; qui fermè invitus, ac tantum non coactus ab ipso DEO, qui promissa Patribus præstare volebat, ad ejusmodi munus fuit delegatus Exod. 4. Et paulo post. Nulla est in modo istarum (ut ita dicam) Mediacionum (Moysis & Christi) differentia, sed differunt ea tantummodo, quantum posterior mediatio, Christi scil. excellentioris fuderis fuerit, & præstantiora promissa continentur, quam prior, Moysis videlicet Mediatio.

NO Salutem propriè sic dictum Mediatorem inter DEU M Orthodox. & Homines in nostris Ecclesiis non agnoscimus ac veneramur, preter unum & solum Christum 1. Timoth. 2. Etenim sunt duo requisita essentialia hujus Mediatores. Alterum est divine voluntatis apud homines interpretatio & revelatio: alterum pacificatio, hoc est, pro parte offendente intercessio ac partis offensæ reconciliatio. De priori lis non est: Posterius hoc nos docet Apostolus, cum in 1. Epist. ad Timoth. cap. 2. non modò Christum scribit esse unicum illum Mediatorem inter DEU M & Homines, sed etiam immediate causam propriam à qua & propter quam uni Christo competit illud augustissimum Mediacionis nomen subnectit inquiens: Qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus. Et in Epistola ad Ebr. cap. 9. v. 15. Christus ibidem Novi faderis Mediator esse ex eo disertè persibetur, quod per mortem suam à transgressionibus nos redemerit.

Ulriusq; typum gesit Moses; utpote qui medius stetit inter DEU M & populum Israëliticum non solum ut Doctor &

Prophetæ, qui verba Jehovæ denunciaret populo Deut. 5. v. 5. sed etiam ut Reconciliator, qui ab irato D E O supplex impetraret veniam culpæ; immo & pœnam populo graviter indictam suipius devotâ oblatione atq; ex libro vita expunctione avertit. Ex. 32.

Quemadmodum itaq; Duces populi Israelitici olim fuere typicè ac Metonymicè dicti Jesu ac Salvatores, ut ut non sit nomen datum sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos propriè salvos fieri, quam in nomine J E S V C H R I S T I. Act. 4. v. 10. 12. ita Mosem, qui fuit divinitus prefectus domui D E I suumq; opus fideliter peregit Ebr. 3. v. 2. nil vetat dicere Mediatorem. C H R I S T U S enim ille Nazarænus ut Veteris Testamenti typos omnes in se verè ac propriè implevit: sic tanquam antitypon perfunditus est munere non solum magni illius Prophetæ ac inter-nuncij, quem DEVS prænunciaverat, se esse de medio populi circumcisæ novissimis diebus suscitaturum Deut. 18. v. 15. ut nobis nimurum voluntatem D E I æternis temporibus tacitam è sinu patris proferat Job. 1. v. 18. Sed etiam reconciliatoris ac pacificatoriis, qui solus seipsum dedit æritateq; pro omnibus hominibus 1. Timoth. 2. v. 6. qui solus salvum fecit suum populum à peccatis Matth. 1. v. 21. qui solus factus est propitiatio pro peccatis mundi 1. Job. 2. v. 2. qui solus per mortem nos D E O reconciliavit Roman. 5. v. 10. 2. Cor. 5.

Quæst.

### III.

Christus ille Nazarænus cur dictus fuerit J E S U S. b. e.  
Servator & Salvator Mundi?

Seu

Quo sensu Christus in Scripturâ passim dicatur genus hu-manum à peccatis salvasse, redemisse, liberasse, &c.

Heterod.

Quandoquidem P H O T I N I A N I blasphemant Christum esse nostræ la-flitie ac salutis æternæ non autorem principalem, sed ministrum, per quem D E U S genus humanum à peccatis salvet & justificet, uti supra de Personâ Christi, quæst. 1. est dictum. Idcirco mirum non est hæreticos comminisci tro-pum

pum ac Metonymiam in ipsis scripturæ dictis, in quibus Christus legitur nos salvasse, redimisse, liberasse à peccatis. Hinc SOCINUS part. i. de Servat. cap. 2. Nulli, inquit, dubium esse potest, quin Christus ex eo dicatur mundi Salvator seu Servator, quod salutis viam nobis annunciarerit. Et cap. 3. Quia Christus viam salutis æternæ nobis confirmaverit, meritò Salvatorem nostrum & dici & agnoscere debere arbitror. Et cap. 5. Rectè secundum perpetuum laquendi modum à me dicitur, Christum esse Salvatorem, quod ex mortuis resurgendo salutis æternæ viam manifeste ostenderit. Et cap. 6. Christam eam causam, quod æternam vitam & salutem ipse nobis datus sit, Salvatorem nostrum esse agnoscere.

Ex quibus patet PHOTINIANSUS nescio quo vertiginis spiritu abcepimus statuere Christum non propriè, sed impropriè; non principaliter, sed instrumentaliter; non efficienter, sed exemplariter per modum sive predicationis sive ostensionis esse ac dici IESVM & Salvatorem mundi: partim quod salutis adipiscende viam ac rationem (1) tum in verbo Evangelij sui nobis annunciarerit (2) tum vita sua sanctioris exemplo (3) uti & resurgendo ex mortuis, ostenderit: quod (4) salutem & vitam æternam novissimo die nobis sit adjudicaturus, tanquam singulari quodam honoris privilegio a DEO ad id constitutius judex virorum & mortuorum.

NOS Christum nego viam ad salutem fideliter & annunciasse & confirmasse, nego à mortuis resurrexisse; nego vitam æternam credentibus in ipsum daturum negamus; negamus vero exinde fuisse principaliter cognominatum JESVM seu Salvatorem mundi.

Orthodox.

NEQUE enim principaliter (principiis aliter inquit) ideo in carnē venit atque in eā manifestatus, ut Evangelion salutis generi humano annunciat, sed ut mori posset & per mortem destrueret eum, qui mortis babebat imperium. Hebr. 2.

NEQUE confirmatio doctrine salvificæ est adæquata & proxima causa nostræ salutis ac redemptionis: sed differt actus salvandi & actus confirmandi doctrinam Evangelij. Ille expeditur per sanguinem Christi 1. Job. 1. v. 9. Roman. 5. v. 9. hic per misericordia Marc. 16. v. 20 Job. 2. v. 23.

NEQUE ex eo quod nobis beatitudinis & salutis viam  
veram.

veram suā ex mortuis gloriosā resurrectione monstraverit, credimus Christum appellari mundi Salvatorem; ut ut certò statuimus ipsum resurrexisse proter justitiam nostram. Rom. 4.

NE<sup>Q</sup> Ein regno de mī gloria Christum primū agnoscemus Salvatorem nostrum, quando ex hoc peccati statu in eternam vitam transferemur, sed num hodiē in regno gratie, cum credimus Jesum ac Servatorem nostrum, qui peccata nostra eorumq; pænas in se recepit 1. Pet. 1. v. 24. 2. Corinth. 5. v. 21. Galat. 3. v. 13. atq; unicā suā oblatione consummarit omnes sanctificandos Heb. 10.

Credimus igitur ac confitemur Christum Nazarenū propterēa, fuisse mundi Salvatorem ac Jesum nominatum, quod homines in peccatis perditos non verbis, sed factis; non ministerialiter, sed potenter & efficienter à peccatis liberaverit, liberatisq; adoptionem ac reconciliationem cum D E O, peccatorum remissionem ac pacem conscientię, salutem & vitam promoverit, uti & Angelus Matth. 1. v. 21. & Christus ipse Matth. 18. v. 11. hoc nomen Jesus ac Salvatoris interpretantur.

Sed de his pleniū in sequenti questione, hanc verò finiemus p̄ ipsi suspirijs Augustini; imo & meis: O Domine J E S U, esto mihi J E S U S. O Domine J E S U, si ego admisi unde me damnes, tu non amisisti, unde me salves. Nec sic attendas malum meum, ut non attendas nomen tuum.

Sum reus; at contrà meus es; quia tu meus, ergo  
Sum tuus, & nunquam reputor esse reus.

#### IV.

Num Christus respectu sui officij fuerit solūm Doctor ac Propheta, qui viam salutis æternæ generi humano in vitâ juxta & doctrinâ suâ annunciaverit? an verò præter suum istud Propheticum munus fuerit etiam perfunditus munere Regio ac in primis SACERDOTALI, hoc est, hylasticō & propitiatorio?

Quæ

Quest.

*Quæ quæstio ut est Photinianis recentioribus maximè printipalibus & propriissima, ita verbis nonnihil mutatis à varijs variè informatur ac proponitur;*  
*utpote,*

**C**ur Christus venerit in mundum? cur natus, passus *Quæst.*  
mortuus, resuscitatus? &c. Num ut suo isto adventu nativitate, passione &c. DEI nostris peccatis offendit nobis placaret ac reconciliaret? An verò idè de cœlis descendit & rursus ascendit; ut suo hoc descensu & ascensu, tanquam medio confirmaret ac stabiliret foedus inter DEUM & Homines?

*Seu*

Num obedientia Christi universa, activa & passiva,  
fuerit satisfactoria & meritoria?

*Seu*

An Christi obedientia, mors, & passio fuerit pretium  
& λύτρον sufficiens, quo simus à peccato ejusq; reatu  
propriè redempti ac liberati?

*Seu*

An Christi obedientia sit causa nostræ justificationis?

Az̄ēpiλ̄s verè hec est omnium blasphemiarum Photinianorum, quibus non fuerant à seculo horrendæ & execrandæ magis in Ecclesiâ Christi ab illo hæresiarchâ disseminatæ, quæ hystericum, propitiatorium & victimale preciosi Sanguinis Filij DEI meritum directe, non obliquè; expreße, non tacite; ex toto, non ex parte impugnant, abnegant, annihilant. *Heterod.*

VALENTINUS GENTILIS in thesibus, quæ cùm Collegio Theologico Academie VVittebergensis Anno 1580. exhiberentur, dignæ sunt habita, ut (referente D. Polycarpo p. m. in Calvinism. concions. part. 2.) comburerentur, blasphemè nimiam scripticat, Christi sanguinem non magis ad salutem & justitiam æternam nobis promerendam profuisse, quam cuiusvis (ignoscat DEUS mihi referenti) porci ac canis sanguinem. Increper te, Satana, Dominus. OSTERODUS part. 3. contr. Tradel. pag. 208. 209. ait dogma de reali & veræ satisfactione Christi pro peccatis nostris esse merum signum Trinitariorum. Et idem p. 210. 211. &c. Satisfactionem Christi pro

C

pecca-

peccatis generis humani abominatur ne **B**adivus **U**nus ac rene horrendam.  
**SOCINUS** part. i. de Serv. Chr. c. i. Divinæ inquit, iustitia, per quam  
peccatores damnari merentur, pro peccatis nostris Christus neq; satisfecit, neq;  
ut satisficeret opus fuit. Et part. 3. de Servat. cap. 3. Si DEUS aut non  
potuisset, aut noluisset, circa veram aliquam pro delictis satisfactionem nobis  
ignoscere, nos ipsi omnino satisfacere debuissimus. Et part. 4. cap. 9.  
Non necessarium, nec ullo modo verisimile est, fideles statuisse, morte Christi  
intervenientia tolli debuisse peccata.

Querenti a. & scicstanti scholas Photinianorum, Cur Christum putent in  
mundum venisse, respondet **SOCINUS** part. 2. de Servat. Chr. cap. 8.  
& part. 3. cap. 3. non alium esse adventus Christi in mundum ejusdemq; ex  
mundo recessus finem primarium, quam Confirmationem doctrine, quam auto-  
ritatem divinâ generi humano publicè fecerat iestatum.

Fuit heterodoxia Photinianorum de Officio Christi, cu<sup>m</sup>  
opponimus Orthodoxiam, cuius duas facimus partes.

Orthodox.

**P R I N C I P I O** negamus Confirmationem doctrine sal-  
vificè esse proximum & primarium finem incarnationis, mortis,  
passionis, resurrectionis Christi. Nam mors Christi & mors  
martyrum Christi, respectu cause finalis disident toto genere.  
Mors martyrum Christi principaliter intendit confirmationem  
fidei ac confessionis eorum. Si itaq; Christus est solum in testi-  
monium & confirmationem sua doctrine ac Evangelij, quod  
nobis enarravit, passus, mortuus &c. sequitur ipius passionem  
ac mortem esse solum μετ' εγών, non λύτρον non ιατρόν. Sed  
consequens est falsum, ut mox demonstrabitur. Ergo.

**D E I N D E** corde credimus ad iustitiam & ore confitemur  
ad salutem, Christum fuisse in hunc mundum à Patre missum &  
ad Patrem rediisse, ut in genere humano fungeretur officio non  
Prophetico solum sed & Regio, sed & vel maximè Sacerdotali.

Fidem dictis nostris facit appellatio MESSIAE seu CHRISTI,  
que Servatori nostro passim in sacris tribuitur. Is enim verè  
fuit unctus Dan. 9. v. 24. unctus oleo leticie Ps. 45 v. 8. Unctus  
sp. Sancto Es. 61. 1. unctus virtute altissimi Actor. 10. 58. Jam  
verà constat trium officiorum primariorum ministros in V. T.  
fuisse

fuisse singulariter unctos, Prophetas nimirum i. Reg. 19. 16. Reges  
1. Sam. 10. 1. Sam. 2. 7. 1. Reg. 1. 34. & Sacerdotes seu Pontifices. Levit. 4. 3. Atq; horum officiorum status ac gradus sic DEVS  
pro sua sapientia voluit esse distinctos, ut nulli unquam licuerit  
simul esse & Regi & Sacerdoti 2. Sam. 6. v. 7. 2. Par. 26. 16.  
Quanquam Prophetam esse simul & Regem, est ex sacris com-  
probatum exemplo Davidis & aliorum. Prophetarum enim  
functio non fuit ordinaria per successionem, ut olim quidem di-  
gnitas erat tam Regia quam Sacerdotalis. CHRISTVS autem  
ut est finis legis, ita unus ille & solus fuit finis ac complementum  
omnium typorum Veteris Testamenti; ac proinde quemadmodum  
in Veteri quidem Testamento distincta erant e.g. Sacerdos, Sa-  
crificium, Templum, Altare &c: que singula tamen & omnia  
unice adumbrarunt solum Christum tanquam antitypon, qui simul  
est (alio tamen atq; alio respectu) & Sacerdos, per quem su-  
mus reconciliati, & Sacrificium quo reconciliati, & Templum,  
in quo reconciliati, ut August. in side ad Petr. cap. 2. pie & ve-  
nustè loquitur: Sic nihil obstat, quod minus Christum pie vene-  
remur ac confiteamur non Prophetam solum, sed & Regem ju-  
xta & Sacerdotem, cuius typum veteres illi Reges & Sacerdotes  
expresserunt. Vnde Vates Regius Psal. 110. de nostro hoc Messia  
pridem cecinit: Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem  
Melchisedech.

Hactenus in genere de triplici Officio Christi Θεολογία:  
In specie de singulis ejus partibus nostra qua & fides & confessio,  
paucis explicabimus.

DE PROPHETICO CHRISTI Officio hactenus non  
fuit in Ecclesijs nostris dubitatum, ipsum fuisse à Patre missum, ut  
nobis occultam Evangelij veritatem & sapientiam de reparando  
genere humano post lapsum è sinu Patris revelaret Job. 1. 18. ut  
legem DEI explicaret atq; à Pharisaorum corruptelis vindicaret  
Matt. 3. 3. Marc. 5. ut fidos & quasi suffraganeos Ecclesie sue  
ministros ad confirmationem Sanctorum allegaret Ephes. 4. 11.

*Jer. 3.15. Eph. 4. Cujus sae muneris respectu CHRISTUS cognominatur & Joh. 1.1. Propheta Actoꝝ 3.22 & 7.37. Pastor & Archiepiscopus animarum nostrarum 1.Pet. 2.25. Apostolus confessionis nostrae Ebr. 3. v. 1. Rabbi. Marc. 9. 5. Job. 1. 38.*

**D E R E G I O C H R I S T I** Officio alti & prolixius & commodius disseritur: Nobis in praesentia sufficiat, nos a morte ac potestate tenebrarum per Christum tanquam Regem Sionis precio inestimabili sui sanguinis liberatos & in regnum DEI translates. Coloꝝ 1. 13. 1. Petr. 1.19. Hujus officij respectu in sacris CHRISTUS vocatur Dux vita, Actoꝝ 3.15. Dux salutis Hebr. 2. 10. Rex super domum Jacob in aeternum Luc. 1. 33. Rex justitiae Hebr. 7. 2. Princeps Regum terra Apoc. 1. 4. Leo de tribu Iuda, Apoc. 5. 5. Caput omnis principatus & potestatis Coloꝝ 2. 10. Dominus dominorum, Rex Regum Apoc 17.14. & 19.16.

**D E S A C E R D O T A L I C H R I S T I** officio, quod præcipuum esse & amplissimum testantur & credunt Christiani omnes, maximè controvertitur. Nobis pro ejus assertione suspetunt argumenta plurima.

Alia petuntur ex usitatis appellationibus, quibus ex notatione hujus Officij CHRISTUS passim insignitur Sacerdos Ps. 110. 4. Pontifex fidelis ad propitianda delicta Ebr. 2.17. Pontifex futurorum honorum Ebr. 9.11. Redemptor 1. Timoth. 2.6. Iustificator Jerem. 23.6. & 33. 16. 1. Corinth. 1. 30. Agnus DEI Ioh. 1. 29. 1. Petr. 1. 19. Pascha nostrum 1. Corinth. 5. 7. Advocatus apud Patrem & propitiatio nostra Roman. 8.34. 1. Joh. 2. v. 1. 2. Reconciliator Roman. 3.25. Pastor unus & magnus ovium Ioh. 10. 11. Ebr. 13. 20. 1. Petr. 5.4.

Alia sumuntur ab universâ Christi obedientiâ, hoc est, ab ijs omnibus, qua Christus nostra salutis causâ fecit & passus est, ut quod juxta seriem membrorum secundi articuli Apostolici creditus, Christum natum, passum, crucifixum, mortuum, sepultum, descendisse ad inferos &c. Quæ singula Christi opera verè sunt & mere hylastica ac propitiatoria, quibus iratum DEUM plac-

vit ejusq; justitia & pro nobis plenè satisfecit iuxta ipsiusmet Christi  
pronunciatum : Ego sanctifico me ipsum pro eis Job. 17. 19.

Alia nobis sigillatim suppeditant vocabula MEDIATORIS:  
Itemq; JESUS, seu SALVATORIS: de quibus quæst. 1. 2. & 4.  
superius differuimus. Ea autem indubitatò arguunt, nos Christi  
merito ac lytro esse DEO Patri verè reconciliatos.

Alia mutuantur ex clarissimis Scriptura testimoñis, que  
hoc Christi Officium iustinè evidenter & secundum lite-  
ram comprobant. Matth. 20. 28. & 26. 28. Luc. 24. 47.  
Joh. 11. 51. & 10. 14. Actoř. 4. 12. & 20. 28. Roman. 3. v. 23. 25.  
& 4. 25. & 5. v. 9. 10. 19. & 6. 18. & 7. 6. & 8. v. 3. 32. 1. Corinθ. 1.  
29. & 6. 20. & 15. v. 3. 34. 2. Cor. 5. v. 11. 17. 19. 21. & 8. 9. Gal. 1.  
4. & 3. 13. Ephes. 1. v. 6. 10. & 2. v. 5. 14. 16. & 4. 32. & 5. 2. 24.  
25. Coloſſ. 1. v. 13. 14. 20. 22. & 2. 13. 1. Thes. 5. 9. 1. Timoth. 1. 15..  
& 2. 5. 6. Tit. 2. 14. & 3. 7. Ebr. 2. 14. & 4. 15. & 7. 25. & 9.  
v. 12. 14. 22. 26. 28. & 10. v. 7. 10. 14. 19. & 13. 12. 1. Pet. 1. v. 18. 19. &  
2. 24. 1. Joh. 1. 7. & 2. v. 2. 12. Apoc. 1. 5. & 5. 9. & 7. 4. Ex  
quibus Scriptura testimoñis sexenta fermè licet eruere argu-  
menta ad nostræ fidei confessionem stabiliendam; utut non ne-  
gamus non omnia ac singula testimonia esse ejusdem generis, sed  
quadam àπωτως & περιτως, quedam επιδυτως comprobare  
hoc Christi Officium Sacerdotale ac propitiatorium.

V.

Quæst.

Utrum CHRISTIUS nobis proſit ſolum exemplum an  
verò & merito?

Seu

An finis Exinanitionis & Exaltationis Christi ſit ſolum  
exemplum noītræ imitationis? an verò meritum  
quoq; ſit Redemptionis?

Heterod.

SOCINVS part. de Setvat cap. 6. Actualis & vera obedientia in-  
travit per Christum in mundum, h. e. à Christo factum est initium obediendi  
Deo & per obedientiam vita in mundum venit; atq; inde factum est, ut vita  
in omnes, qui tenus obediverunt, periret.

Orthod.

N O S cum Orthodoxis duplē agnoscimus respectum ac

C. 3

f. nem

finem Obedientia Christi. Unum paradigmaticum seu Exemplare, alterum Meritorium seu satisfactorium; hic primarius, ille secundarius; alter non tollit alterum, sed Apostolus ipse utrumq; respectum conjungit Rom.15.v.7.8. ubi duplice nomine nobis Christus commendatur, ut donum, ut exemplum. In illo admirabilem Philanthropiam; in hoc humilitatem suam imitandam nobis proponit. Quapropter ut illius ratione merito immortales Christo Iesu debemus gratias, quod se se Patri nostri causâ obtulit in victimam; ita respectu hujus decet nos omnes sanctissimis insistere Christi vestigijs 1. Cor. 11.1. quorū septē à Petro 1. Epist. 2. v. 21. recensentur, nempe vestigia charitatis, calamitatis, paupertatis, humilitatis, obedientiae, patientiae & perseverantiae; nullum tamen horum licet ira DEI, itemq; accusacioni legis & Satane opponere, sed hic requiritur sola solius Christi obedientia, mors, ac satisfactio.

Quæst.

VI. & VII.

Num CHRISTUS PRO Nobis, hoc est, nostro loco seu vice nostra quidquam egerit ac sustinuerit, quod nos alioquin agere ac sustinere jure debuissemus? Et per hoc, Num Christus eo ipso, quod fuit passus & mortuus, satisfecerit loco nostro, qui alioquin mori debuissemus?

*Ubi simul est Grammatica hac expedienda questio:*

Num particula PRO significet vicem nostram; an tantum nostram utilitatem? quasi Christus nostræ duntaxat utilitatis causa & in commodum nostrum mortem oppetierit? non autem mortem istam sustinuerit, quam nos ipsimet nostris peccatis eramus meriti? atque

sic non in nostrum locum succellerit, nec peccatorum nostrorum poenas sustinuerit?

Meterod.

SOCINVS part. 2. de Servat Christo c. 8. de ipsis loquendi formulâ, Christus pro nobis est mortuus, Christus dedit premium redēptionis pro omnibus &c. hunc in modum prolixè differit, ut utrumq; probet, tūm præpositionem, PRO, non esse idem quod vice vel loco nostro, cum quod Christus non nostro loco istam obedientiam præstiterit Deo Patri, quam nos præstare debebamus, nec penam illam nostro iisdem loco sustinuerit, cui nos eramus adjudicati. Ac inter cetera sic ait: Si fortasse existimas, præpositionem, PRO, in illis

In illis locis significare vice seu loco, ut nihil aliud sit Christum pro nobis mortuum esse, quam vice seu loco nostrum mortem subiisse id adeo à veritate abhorret, ut nihil magis.

ORTHODOXI  
hactenus alijs quibusdam exemplis evicerunt, non esse adeo infrequens in Scripturā, ut praepositio, PRO, quandoq; significet comunicationem aliquam seu vicem alterius. Sic e. g. Moses legitur pro Deo esse datus Pharaonis Exod. 7. 1. Dies dari pro anno Ezech. 4. 7. didrachma solvi pro alijs Matt. 17. 27. impius tradi pro justo. Prov. 11. 8.

Orthod.

Eodem sensu & in articulo de Officō Christi, cùm dicatur, Christus mortuus pro nobis, i. Pet. 3. 18. & vixit soluisse pro omnibus, Matt. 20. 28. animam posuisse pro omnibus Ioh. 10. v. 11. 15. accipit præpositionem, PRO, est in comperto, q. d. Christus nostro loco mortem quam nos eramus meriti, oppetiit & premium, quod nos pro nostra redēptione, si Deus justus iudex secundum iurū sui rigorem agere voluisset, debebamus, vice nostrum exsolvit. Etenim ipse est factus execratio, ut nos viciissim consequeremur benēdictionem Gal. 3. ipse factus est à Deo peccatum, ut nos viciissim fieremus iustitia. 2. Cor. 5. 21

Atq; hoc pertinet tritum istud axioma: Qui ita pro altero moritur, ut nisi pro illo fuisset mortuus, nequaquam tunc fuisset moriturus; & illum, cui necessariò eternā morte, nisi hic pro illo mortuus fuisset, esset moriendum, suā morte ab eternā morte liberat: ut vice seu loco istius alterius moritur. Fiat subsumptio: Christus profectò nunquam fuisset moriturus, nisi pro nobis fuisset mortuus; & nos quibus necessariò eternā morte erat moriendum, nisi Christus fuisset mortuus, suā morte ab eternā morte liberat. Stat conclusio: Ergo Christus nostro loco seu vice nostra est mortuus. ὅπερ εἰδεῖς θεοί;

Quæst.

IX.

Num Christi passio & Mors fuerit fortuita? an vero necessaria?

Sene

An Christus ex definitio Dei consilio sit in mortem traditus? an vero in eam fortuitò & occasionaliter inciderit?

SOCINUS part. 2. de Serv. c. 6. Christum, ait, non nostro loco, sed tantum occasione nostrorum peccatorum incidisse in mortem, haud scimus ac cum mercator propter divisiones seu divitiarum causā equor ingressus facit naufragium.

NO S. contrā credimus ac confitemur, quod Deus ipse dederit Filium suum i. Ioh. 4. v. 8. eumq; per iussit & agrotare feceris Es. 53. adeo ut eum Iudei acceptarent definito consilio & præscientia Dei Act. 2. 23. & 4. 27.

I X. & X.

Num Christus in V. quoq; Testamento fuerit Doctor ac Propheta?

Quæst.

Sene

An Christus jam inde à condito mundo voluntatem Dei Patris aeternis

eternis temporibus tacitam de Redemptione generis humani  
patefecerit ac docuerit?

Sen

Num Christus in Vet. Testamento itidem fuerit per Prophetas lo-  
cutus, uti quidem Spiritum S. legimus per eos locutum?

*Ubi & DE MIRACULIS. Propheticis dubitatur.*

Heterod. An Christus in Vet. Test. per Prophetas ediderit miracula?

*Negat utrumq. Socinus part. 1. de Servat. Christo cap. 1. & 2. Itemq. Franciscus  
David. in actis disput. Alb.*

Orthod. NOS ex Orthodoxorum sententia non quidem negamus αὐτοῖς εἰπεῖν. Εἰ τοι  
γέγονα μηδὲν extare in Scripturā CHRISTUM Filium Dei per Prophetas in V.  
T. fuisse vel locutum vel operatum: Εἰ τὸ γέγονα νέον nobis omnino utrumq.  
fuerit dicendum ac credendum, si fides amplius est sacris literis.

*DE DOCTRINA certum est I. Ichōbām per Prophetam dixisse: Mibi curabitur  
omne genus Es. 45. v. 23. Sed dictum istud tribuitur Christo Rom. 1. q. 6. q. Christus igitur  
fuit locutus per Prophetam. II. Jehovā, qui transfixus est clavis, locutus est per Zacha-  
riam Zach. 12. v. 10. Filius Dei est transfixus clavis Job. 19. v. 37. E. III. CHRISTUS est  
inx̄ vera illuminans omnem hominem venientem in mundum Ioh. 1. v. 6. Imò ipse adhuc  
αὐτοῖς. Εἰ quando nondum factus erat caro, erat Lux Vera Ioh. 1. v. 9. E. CHRI-  
STUS luce sui Evangelij omnes Prophetas ac fidèles jam inde ab orbe Christiano con-  
ditio illuminavit. IV. Filius Dei est architectus Ecclesie Veteris populi Heb. 3. v. 3. E. Filius  
Dei instituit Prophetas, Sacerdotes aliosq. fidés administratores, quorum opera fuit prisa  
Iudaici populi Ecclesia adiuncta. V. Qui in bisōne Es. 6. apparuit Prophetæ, is fuit  
Filius Dei, Salvator noster Job. 12. At qui tunc apparuit Prophetæ is expressè ei dicit ac  
denunciat, quid ad populum referre debeat. E. Salvator noster per Prophetas, est locutus.*

*DE MIRACULIS itidem non potest esse dubium, quin eorum edendorum potesta-  
tem à Christo non minus Prophetæ in V. T. quam Apostoli in Nono acceperint. Nam  
miraculorum, quæ fuerunt per Mosen Prophetarum Oceanum ac Corypheum facta,  
aut perhibetur fuisse angelus ille Jehovā, qui populum ex Ægypto miraculose ac po-  
tentiter eduxit Ex. 3. v. 8. contra quem Εἰ populū in deserto murmuravit Num. 21. v. 5.  
Sed hic ipse angelus fuit Christus, testis Apostolo 1. Cor. 9.*

XI.

Num omnium, quæ Christus fecit, facere omnes quoq; Sanctos præcepit?

*SOCINUS part. 2. de Servat. c. 5. Dominus, inquit, Jesus ea omnia ipse fecit, quæ  
alios facere iubat, qui eternam salutem consequi solant.*

Orthod. NOS, qui Christum pie credimus non exemplo solum sed maxime merito suo nobis  
prodejfo, contendimus nec in nobis nec in alio quobis salutem esse querendam, quam in  
ipso Act. 4. Ipsum solum torcular calcasse, nec virum fuisse cum eo Es. 49. Taceo opera  
justificationis, sanctificationis, aliq. miracula, quibus quidem doctrinam suam  
obidenter confirmavit nostamen minimè ea ut insitum obligant.

88(8)90





in illis locis significare vice seu loco, ut nihil pro nobis mortuum esse, quam vice seu loco subiisse id adeò à veritate abhorret, ut nihil

ORTHODOXI hactenus alijs quibus runt, non esse adeò infrequens in Scripturā, ut præpositi facit coniunctionem aliquam seu vicem alterius. Sic Deo esse datus Pharaonis Exod. 7. 1. Dies dari pro anno solvi pro alijs Matt. 17. 27. impius tradi pro justo. Pro

Eodem sensu & in articulo de Officio Christi, cui tuus pro nobis, i. Per. 3. 18. Autem soluisse pro omnibus, non sūsse pro omnibus Ioh. 10. v. ii. 15. accipit prepositionem q. d. Christus nostro loco mortem quam nos eramus merequod nos pro nostra redēptione, si Deus justus iudex se agere voluisset, debebamus, vice nostrum exsolvit. Etenim, ut nos vicissim consequeremur benedictionem Gal. 3. 24. ut nos vicissim fieremus iustitia. 2. Cor. 5. 21.

Atq; hoc pertinet tritum istud axioma: Qui ita nisi pro illo fuisse mortuus, nequam tunc fuisse moriātō eternā morte, nisi hic pro illo mortuus fuisse, esset eternā morte liberat: is vice seu loco istius alterius moriātō Christus profecto nunquam fuisse moriātō, nisi pro nos quibus necessariā eternā morte erat moriātō, tuus, sūa morte ab eternā morte liberat. Stat conclu-

loco seu vice nostra est mortuus. ὅπερ εἶδει δεῖξαι.

IX.

Num Christi passio & Mors fuerit fortuita?  
Sexto

An Christus ex definitio Dei consilio sit in verō in eam fortuitō & occasionali

SOCINUS part. 2. de Serv. c. 6. Christum, ait, non nostri nostrorum peccatorum incidisse in mortem, haud secus actiones seu divitiarum causā aequor ingressus facit naufragium.

NO S contrā credimus ac confitemnr, quod Deus Ioh. 3. v. 8. eumq; per iussit & agrotare fecerit Ef. 5. 10. perint definito consilio & præscientia Dei Act. 2. 23.

IX. & X.

Num Christus in V. quoq; Testamento fuerit  
Sexto

An Christus jam inde à condito mundo v.



the scale towards document

stum  
ortem

Orthod.

vice-  
is signi-  
etur pro  
rachma

us mor-  
tum po-  
mperio,  
recium,  
rigorem  
execra-  
Deo pec-

tur, ut,  
necessa-  
norte ab  
emptio:  
uus; &  
et mor-  
us nostro

Quæst.

Tariaz

us? an

occasione  
pter dibu-

um suum  
lai acce-

pheta?

Quæst.

i Patris  
eternis